

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind**

**Florus, Lucius Annaeus**

**Vienne, 1511**

De nvma pompilio. Titvlvs II

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

PRIMVS.

& fidem solueret & ulciscerent / clypels obruere: Ita admittis in  
 tra mania hostibus: atrox i ipso foro pugna: adeo ut Romulus  
 Ioué oraret: ut factam suorum fugam susteret. Hic templum est: Stator Alia littera  
 F Iuppiter: tandem seuitibus iterueneri raptè laceris comis. Sic figeret,  
 pax facta cum Tatio: factusque percussus: secutaque res mira dictu: ut  
 relictis sedibus suis: nouam in urbem hostes demigrarent: & cum ge  
 neris suis auitas opes pro dote sociaret. Auctis breui uiribus hunc  
 rex sapientissimus statum reip. impositum: ut iuuetus diuisa pro tribus in  
 equis & in armis ad subita bella excubaret. Consilium reip. pœnes  
 senes: eent: quæ ex auctoritate præses: ob ætatem: senatus uocabantur.  
 His ita ordiatis: cum repente concionem haberet: ante urbem apud Capreæ  
 paludem a conspectu ablatum est. Discriptum aliquando a senatu putant  
 ob aspicius ingenium: sed oborta tempestas solisque defectio conse  
 crationis speciem præbuere. Cui mox Iulius Proculus fidem fecit  
 uisum a se Romulum affirmans: augustiore forma quam fuisset: man  
 dare prætere ut se pro numine acciperent. Quirinum in celo uocari  
 placidum diis: ita gentium Roma potiretur.

DE NUMA POMPILIO, TITVLVS II.

Vcessit Romulo Numa Pompilius: quem Curibus  
 Sabinis agentem ultro petiuere: ob inclytam uiri religio  
 nem. Ille sacra & ceremonias omniumque cultum deorum  
 immortalium docuit: ille Pontifices: Augures. Salios:  
 ceterosque per sacerdotia: annum quoque in xii. menses: fastos dies ne  
 fastosque descripsit. Ille Ancilia atque Palladium secreta quaedam imperii  
 pignora Ianumque geminum: fidem pacis ac belli: in primis focum  
 Vestæ uirginibus colendum dedit: ut ad simulacrum celestium syde  
 rum / custos imperii flamma uigilaret. Hæc omnia quasi monitu deæ  
 Egeriæ quo magis barbari acciperent: eo denique ferocem popu  
 lum redegit: ut quod uis & infuria occupauerat imperium / religione  
 atque iustitia gubernaret.

b u